



zu 005

O. i. 840 (1-101).

**DIVINI NUMI
NIS AVXILIO.**

PRÆSIDIBVS CLARISS. ET CONSUL-
TISS. VIRIS D. IOANNE MICHAELIS CRONEN-
burgero, & D. IOANNE HOLLANDT, SS. LL. LICENT. Dicta-
tore & Fisco, in celeberrimo Agrippinensium Col-
legio, pro laudabili & recepta consuetu-
dine ad subsequentes Theses
desumptas

**EX TIT. FF. ET C. DE COM-
PENSATIONIBVS RESPONDEBIT.**

GERARDVS HERDINCK.

*Anno redemptionis humane CIJ, IC. LXXXXI.
V. Non. Octob.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Ss

DIVINI NVM

NIS AVXILIO

PRÆSIDIVS CLARISS ET CONSVL

VISS VIRIS D. JOHANNI MERTENSII

BUCHERIO & D. JOHANNI HÄNDL

TORE & FILIO, IN CELEBRATO

LEGIO PRO LAUDABILI

EX TIT. FF. ET C. DE COM

RESPATIONIBVS RESPOND

GERRARDVS HERDING

RECTORIS

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2

COLONIAE AGRIPINAE

EXCVDIBAT PETRVS KESCHNER

2



CONTINUATIO.

Expositis Contractuum generibus, quibus re itur in creditum, actionibusve indidem prodeutibus ordine propositis. Commodè subijcitur tractatus de compensationibus, quarum in eiusmodi iudicijs maximus est usus.

VVesenb. in parat. ff. h. t.

THESIS I.

EST autem compensatio debiti liquidum ad debitum liquidum, (a) hinc inde (b) in vim solutionis, (c) quantum debiti quantitas exposcit computatio. (d)

(a) l. fin. C. de compensat. (b) quia debitum alterius in compensationem non deducitur, l. eius. C. h. t. l. si cum militi, l. in rem, §. creditor. ff. h. t. (c) l. si debitor in fine, ff. qui potiores in pig. l. amplius, ff. rem rat. hab. (d) l. si constat, C. h. t. Mynf. in §. in bonæ fidei. Inst. de actio. num. 10.

II.

Compensatio duplex est, quadam ex mutua relatione debitorum, (a) quadam vero delictorum. (b)

(a) l. i. ff. h. t. (b) l. viro atque vxore, ff. solut. mat. Dd. communiter in l. cum mulier, ff. solut. mat.

III.

In omnibus actionibus bonæ fidei & stricti iuris (a) personalibus & realibus, item mixtis, (b) compensatio fit.

(a) l. fin. C. h. t. text. expressus in §. in bonæ fidei & ibi Dd. cōmuniter. Inst. de actionib. (b) gloss. super verb. alias in d. §. in bonæ fidei. Schned. in d. §. nu. 27.

IIII.

Nec tantum illud debitum in compensationem deducitur, quod alicui ex naturali & civili obligatione simul debetur, (a) sed etiam quod ex naturali obligatione tantum, (b) in civili non item (c)

(a) l. 3. ff. h. t. l. fin. C. h. t. (b) l. etiam, l. quæcunque vbi gloss. h. t. Schned. in d. §. in bonæ fidei, nu. 14. Sebast. Med. p. 1. q. 42. nu. 4. (c) l. quæcunque h. t. facit. l. i. §. debitum, de confit. pecunia. Mynf. in d. §. in bonæ fidei, num. 11.

V.

Sciendum est non modo de hoc debito quod iure actionis & obligationis peti potest, compensatio conceditur, (a) sed etiam de eo quod debitum est officio iudicis. (b)

(a) vt in præcedentibus dictum. (b) gloss. in §. in bonæ fidei super verbum alias, l. etiam vbi & Bart. C. h. t. l. si ambo, §. in stipulationibus, ff. h. t.

VI.

Quod non solum procedit in contractibus, verum etiam in vltimis voluntatibus, (a) vnde

unde queritur si legatum sit pio loco relictum, num compensetur, & posse defendam. (b)

(a) l. etiam, l. si propter, C. h. t. l. si cum militi. ff. h. t. (b) Mynf. in d. §. in bonæ fidei num. 35. ubi etiam Zasius vers. unde nec incidit in pœnam duplicem, num. 27. Sebast. Med. p. 1. q. 1. nu. 1. & 2.

VII.

Quero nunc utrum in obligationibus facti hinc inde locum sibi vendicat compensatio? & non vendicare modo non agatur ad interesse, (a) cum Zas concludam. (b)

(a) l. quod dicitur, ff. de compens. in rebus dotalibus facti. (b) Zas. in d. sæpe §. in bonæ fidei vers. super quarto. per l. 2. §. item, ff. de eo quod certo loco.

VIII.

In delictis & criminibus quoque compensationem fieri manifestissimi iuris est, (a) dummodo civiliter agatur (b)

(a) paria enim delicta mutua compensatione tolluntur, l. viro atque vxore, ff. sol. mat. c. penult. & vlt. ext. de adulter. (b) l. si ambo §. quoties, ff. h. t. Mynf. d. §. nu. 34.

IX.

Hic offert sese quaestio quotidiana, an iniuriam verbalem, liceat alia verbali repellere, & crebrius decisum inuenio, non licere. (a) Sicut nec in causa spolij. (b)

(a) l. neganda, C. qui accusar. non poss. c. neganda: 3. q. 1. Dd. in c. cum te ext. de iud. Spec. in tit. de accusat §. 1. nu. 11. cum nemini licitum sit se propria autoritate vlcisci. tot. tit. C. vt nem. lic. se sine iud. vlcif. (b) l. fin. C. h. t. & ibi gloss. Sebast. Med. p. 2. q. 28.

X.

Porro conceditur nonnunquam compensationem fieri in causis contra Ecclesiam, (a) contra fiscum, (b) aut rempublicam. (c)

(a) Sebast. Med. q. 2. p. 2. nu. 5. (b) l. 1. l. in ea ibi Bart. C. h. t. l. idem, l. ideo, l. vlt. ff. cod. c. gloss. & Bart. in d. l. 3. C. h. t.

XI.

Sequitur nunc discutiendum quæ res in compensationem veniant. Vbi hæc notanda est regula. Res omnes quæ in suo genere functionem recipiunt, (a) cuiusmodi sunt, quæ pondus numerum aut mensuram sapiunt, (b) compensantur.

(a) Zas. in §. in bonæ fidei. nu. 17. Mynf. in d. §. nu. 18. (b) l. 2. §. mutui datio ff. si cert. pet. Instit. quib. mod. recontrah. obligatio. post princ.

XII.

Unde hæc emergit quaestio; quid si hinc inde debitum sit aliquid in genere, quod non consistat in pondere, numero & mensura, ut puta bos, equus, iumentum vel aliud, an in genere suo compensationem admittant, & admittere receptum est. (a)

(a) argumento l. 1. §. Item si, ff. si pars hæred. petat l. qui non militabat in princ. ff. de hæred.

red. instit. l. deducta, §. nummis, ff. ad Trebell. Azo in sum. paulo post princ. C. h. tit. gloss.
in l. ob negotium, ff. cod.

XIII.

Compensatur etiam genus cum genere, (a) qualitas cum qualitate, (b) quantitas cum quantitate, (c) species vero cum specie, (d) vel quantitas cum specie, vel species cum genere, (e) non item.

(a) l. si quis duos, ff. de solutio. Schned. in §. in bonæ fidei, nu. 38. (b) Zaf. in d. §. in bonæ fidei nu. 20. l. si ambo in princ. cum §. quoties, ff. h. t. (c) l. constat, l. si propter, C. h. t. (d) l. si conuenerit, ff. de pignorat. act. l. si ex pecunia, C. de rei vend. (e) Sebast. Med. p. 1 q. 3. num. 2. & 5.

XIV.

Quod si species ex vno latere debita, ex quo debeat estimatio, an fiat cum quantitate ab altero latere debita compensatio queritur. Et eo casu fieri placuit.

l. si propter fructus, l. neque C. h. tit. gloss. in l. diuortio, §. ob donationes, ff. solut. mat.

XV.

Sumpta occasione ex superioribus in disputationem voco, nū quantitas qua in specie debetur, cum alia quantitate compensetur eiusdem generis vel materiae, & non posse fieri aequius est.

gloss. in l. cum fundus, §. seruum tuum, ff. si cert. petat. l. plane, §. 2. l. sed si certos, ff. de legat. 1. Bart. in l. talis scriptura num. 3. de legat. 1.

XVI.

Prorsus eodem modo nec alternatiua obligatio potest compensari cum pura, si actoris electio est.

c. 225. c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. Zaf. in §. in bonæ fidei Instit. de actionib.

XVII.

Nec veniunt in compensationem debitum quod sub conditione debetur, (a) aut in diem. (b) Possessionem alienam siue mobilem siue immobilem per vim occupantibus, compensatio non est tribuenda.

(a) l. cedere diem, 213. ff. de verb. sig. Schned. in d. §. nu. 47. (b) l. quod in diem, 6. l. si cum milit. §. 1. l. quæcunque, ff. h. t. c. l. fin. §. fin. C. h. t. & ibi Bart.

XVIII.

Depositum cum in specifica forma restitui debeat eius restitutio non impeditur obiecta compensatione. (a) Hinc oritur dubium si ex utroque latere hinc inde depositum factum sit, & hinc inde agatur directa depositi actione, an compensatio sit admittenda, & non admittendam esse autumo (b)

(a) l. fin. C. h. t. d. §. in bonæ fidei Instit. de actio. & ibi Dd. c. fin. ext. de deposito, (b) l. fin. ff. depositi. Tynd. in tract. de compensat. §. nu. 32.

Quod

XIX.

Quod in deposito statutum est, idem quoque obtinet in causis decimarum realium, & predialium, quae Dei beneficio percipiuntur, (a) item alimentorum, quae non recipiunt dilationem. (b)

(a) glo. in c. decim. 16. q. 1. in verb. tributa. si sunt tributa ergo nec compensatio in eis admittitur, iuxta l. 3. C. h. t. c. tua de Decimis, vide addit. ad Bart. in rub. C. de compensat. Sebast. Med. q. 24. p. 1. (b) l. in ea C. h. t. qui enim alimenta negat, necare dicitur, Bart. in l. necare, C. de liber. ag.

XX.

Hinc difficilis necno crebris Dd. disputationibus nobilitata emergit dubitatio. An compensatio ipso iure, an ope exceptionis fiat? Quo in conflictu licet plurimi magni Iurisperiti postremam teneant sententiam (a) magis tamen assistere ijs lubet qui primam amplectuntur. (b)

(a) V. Velenb. in parat. h. t. nu. 3. Bart. in l. verum 4. C. h. t. & l. 1. & 2. ff. h. t. (b) l. si ambo l. si posteaquam ff. h. t. l. si constat, ibi gloss. l. fin. C. cod.

XXI.

Visis de rebus quae in compensationem deduci solent, Videamus qui compensare possint. Compensant, banntus, (a) excommunicatus, (b) tutor, (c) procurator, fideiussor, (d) Emphyteuta annuam pensionem cum suo credito compensare potest. (e)

(a) Seb. Med. par. 2. q. 2. (b) Tynd. in tract. de comp. art. 7. nu. 25. c. cum inter, de excep. c. veritatis de dolo & cont. (c) l. si tutores, C. h. t. (d) l. verum, l. si quis a fideiuss. ff. h. t. (e) Sebast. Med. par. 1. q. 22. nu. 3.

XXII.

Obijcitur compensatio coram quovis iudice, tam ordinario, quam delegato, (a) etiam arbitro, & tam in iudicio quam extra iudicium. (b)

(a) Bald. in l. neque in fine, C. h. t. Tynd. ar. 8. nu. 44. (b) l. quod in diem, §. si rationem, l. quod Labeo, ff. h. t. Bart. in l. verum 4. ff. h. t.

XXIII.

Nec in prima tantum instantia, sed etiam in causa appellationis opponitur, (a) an autem lata sententia in eius executione sit admittenda ambigitur? & admittendam censeo. (b)

(a) c. nocuit, de appell. (b) l. 2. in fin. C. h. t. & Dd. communiter in c. suborta. de sent. & re iudic. omnis enim exceptio non infringens sententiam potest etiam opponi post eam latam, Bart. & Dd. in l. peremptorias, C. senten. rescin. non posse.

XXIV.

Compensationis vero tanta vis est & efficacia quod ipso iure perimat actionem, & hinc inde liberationem producat ex die concurrentium debitorum compensabilium.

l. si debi.

I si debitor, §. qui potiores in pig. l. postquam, ff. h. t. l. si debitor. ff. rem ratam haber. l. si constat, C. h. t.

XXV.

Numerum claudat hac quæstio: si quis stipulata manu promiserit, adiecto iuramento se intra præfinitum tempus soluturum debitum, vtrum liberari possit à iuramento, si non soluat, sed compensationem obijciat? Et licet Legistæ affirmatiuam tueri conentur, (a) ego tamen negatiuam quæ est Canonistarum, (b) defendendam sustinebo.

(a) l. si debitor, 4. ff. qui potiores in pig. hab. Bart. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi (b) c. ex literis, & c. sicut ex literis. & c. commissum, extra de sponsal. c. ad nostram 7. ext. de iureiurando, per rationem, quia iuramentum in specifica forma seruari debet, c. cum contingat de iureiurando.

CORONIS.

Coronidis loco notabilem subiungimus controuersiam? An dos compensationem recipiat. In qua quæstione, licet nonnulli, ob priuilegium eius, negantem, defendere conentur, (a) ego tamen eorum sententiam qui affirmatiuam tenent, vti meliorem & magis communem amplector. (b)

(a) gloss. magna in l. i. sup. verb. semper. ff. sol. mat. (b) l. diuortio §. ob donationes, l. rei iudicata 15. l. sed etsi ideo 21. §. fin. l. si cum dotem §. si pater 3. l. si constante 24. §. si vxor. l. In ijs 66. §. seruis sol. mat. l. quod dicitur ibi Costal. ff. de imp. in res dotal. fact. l. neque C. h. t. Bart. & gloss. in d. l. rei iudicat.

Faint handwritten text at the top of the page, possibly a title or chapter heading.

XXV

Main block of faint handwritten text in a medieval script.

CORONIS

Large block of faint handwritten text, possibly a continuation of the main text or a specific section.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





VINI NUMMI
NIS AUXILIO,

SIDIBVS CLARISS. ET CONSVL-
IRIS D. IOANNE MICHAELIS CRONEN-
, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dicta-
Fisco, in celeberrimo Agrippinensium Col-
gio, pro laudabili & recepta consuetu-
dine ad subsequentes Theses
desumptas

TIT. FF. ET C. DE COM-
SATIONIBVS RESPONDEBIT.

RARDVS HERDINCK,

*redemptionis humane CI^o, I^o. LXXXI.
V. Non. Octob.*



COLONIAE AGRIPPINAE Ss
CVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



41

